Universitätsbibliothek Paderborn

# R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros partitum

Laymann, Paul

Moguntiæ

4. De dilectione peccatorum & inimicorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

Visual Library

ponere. V.C beneficium, dignitatem, &c. à ſe reijcere, vt alteri obueniat, item Religionis ingreſſum differre, ob alterius ſeu ſpiritualem, ſeu corporalem vtilitatem. 428.

## CAP. IV.

### *De dilectione peccatorum & inimicorum.*

ASſert. 1. Inimici & peccatores diligendi, quatenus proximi ſunt, & eiuſdem naturæ conſortes & æternæ beatitudinis capaces. Matth. 5. Diligite inimicos. Peccatum adeſſe conuenit, idque per emēdationé tollere aut optare, vt à Magiſtratu puniatur, dolere, ſi illis proſpere ſuccedat. Gal 5. *Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant.* Siquidem Reipub. intereſt, vt mali puniantur, quia hoc vtile peccatoribus vt emendentur & deſiſtant; ſi relegentur eſt periculum ad hæreticos vt tranſeant, ſiquidem malum eiuſmodi permitti debet maioris mali vitandi cauſa. 428. 1

Aſſ. 2 Ex Charitate tenemur inimicis noſtris præſtare generalia beneficia, id eſt, quæ communiter omnibus eiuſdem ſtatus hominibus pręſtare ſolemus; non ſpecialia. Generalia, quia ſi pro tota Communitate ores, Eleemoſynam in omnes diſtribuas, omnes in vicinia inuites &c. Nefas eſt ſolum inimicum à tali beneficio excludere. Ratio, quia talis excluſio vindictæ cupiditaté indicat, quæ priuato interdicta. Dico priuato, qui nullum puniendi ius habet, nam parens prælatus poteſt correctionis cauſa. Non ſpecialia, V. C. inimicum ægrotum inuiſere, hoſpitio ſuſcipere ſalutari per ſe non teneri; quia præceptū affirmatiuum de ſpeciali exhibenda dilectione, non niſi in caſu neceſſitatis obligat. *Si eſurierit.* Rom. 2. quamuis homo ſemper debeat eſſe paratus in neceſſitate ſubuenire. 2

Dixi per ſe, quia ratione ſcandali ſe ſubtrahendo

illa ſpecialia ſigna amoris, illum magis concites. 2. ſ
ſalutatione tua illum facile concitabis, ſi tamen ita a
fectus vt per talis ſigna deterior fiat inimicus, inte
mittenda. 3. Si te ſalutet. 4. Si tunc odium tuum n
3 alio modo deponere potes, quam ſigna amoris ſp
cialia oſtendendo. Hæc de præcepto, interim Chr
ſtiani hominis opus perfectionis etiam ſpecialia ſ
gna amoris exhibet.

Aſſert. 3. Si ab initio fuiſti offenſus, ex ani
debes dimittere, quia odium perſonæ per ſe ma
Dixi ex animo. Nam ex phantaſia aut memoria
pellere, valde difficile. 429.

Deinde actionem iniuriarum ciuilem inſtit
poteſt læſus, non ex vindicta, ſed amore publicæ
ſtitiæ, vt ſibi ſatisfiat, &c. Criminalem inſtituere
riculoſum, cum vix inueniantur, qui eam ſincerè ſ
ctent, & non etiam propriæ vindictæ cupidita
explere velint. 430.

NB. Patrem poſſe filium contra voluntatem
centem indignam ex iuſta vindicta excludere
tempus ex domo, & ſuis prohibere colloquium c
ipſo, modo pœna illa non excedat menſuram de
cti. 430.

## Cap. V.

### *De Actibus Charitatis.*

1 ACtus Charitatis internus eſt dilectio, qua
bonum beatitudinis, vel alterius conduc
ad illum volumus. Huic interno reſpondet exte
ac veluti executio eius, quæ dicitur beneficentia.
vtroq; 1. Ioan. 3. *Non deligamus verbo.* Hos actus co
quuntur adhuc alij. 1. Gaudiũ (fructus Spiritus) Ga
dium eſt quies animi in bono præſente, ac poſſe
Dupliciter autem gaudere de Deo. 1. Imò; de diui
bon